



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-581349-p0001-0

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-581349-p0002-5

DFG

14

DISPUTATIO  
DE  
**GLORIOSA**  
SALVATORIS NOSTRI JESU  
CHRISTI RESURRECTIONE:  
Quam,  
*Divinâ favente gratiâ,*  
In illustri Hallensium Gymnasio,  
SUB PRÆSIDIO  
M. CHRISTIANI GUEINZII  
J. U. C. RECTORIS.  
*publicè proponit,*  
*& pro ingenij modulo de-*  
*fendet*  
GEORGIUS EBERHARDUS SCHREINERUS  
HALLENSIS SAXO.  
*Ad diem Solis post concionem Vespertinam.*  
in Auditorio primo.  
—  
**HALLIS SAXONVM**  
Exprimebat PETRUS FABER.  
M. DC. XXIX.



OITATIUS

30

Magnificis, Ampliss. Consultiss.  
Excellentiss. & Clarissimis Viris.  
Dnn.

D. ANDREÆ SEIFFARTO<sup>Y</sup>  
PHILIPPO SCHMIDIO. } Reipublicæ Hallensis Con-  
D. THOMÆ CRESSIO, Ejusdem      sulibus meritissimis.  
Reipubl. Syndico, & Scabinatus Senio-  
ri spectatissimo.

Vobis Patronis, & Patrino, maximo  
Honore dignis usq; Mecenatibus,  
Honore dignis inde Promotoribus,  
Hanc Disputatiunculam Theologicam,  
Studij in mei argumentum, & observantiae  
Documentum, alacri mente præstandæ, offero,  
Humillimâ manu & metro, dico, sacro.

Georgius Eberhardus Schreinerus. Hall.  
Autor & Respondens.





DE  
GLORIOSA SALVATORIS NO-  
STRI JESU CHRISTI RESUR-  
RECTIONE.

**A** sedulam gloriose Salvatoris nostri JESU Christi resurrectionis considerationem incitare nos potest & debet. I. Praecepti & autoritas, Pauli 2. Tim. 2. v. 8. Ipsius Christi Cant. 5. v. 1. 2. Exempli dignitas, Prophetarum 1. Pet. 1. v. 11. Christi prænuntiantis March. 16. v. 21. 17. v. 9. & 23. 20. v. 9. Marc. 8. v. 31. 9. v. 8. & 31. 10. v. 34. Iude. 9. 22. 18. v. 3. 3. Discipulis se aliquoties monstrantis Act. 1. v. 3. Pauli 1. Cor. 15. 3. Commodi multipliciter id M. v. 14. 1. Pet. 1. x. 3. Vid. August. in serm. de resur. Chrysost. serm. 118. 1. 4. Temporis solennitas. Tertull. lib. de idolol. cap. 14. Jun. in hujus loci comment. pag. 103. Ambros. in cap 17. Lukas. De hac vero disputaturis notando occurrunt partim generalia, partim specialia.

II. Generalia sunt in definitione: quæ vel nominis, vel rei. Nominis definitio complectitur i. ἐτυμολογια. Resurgere vivoris est idem quod iterum surgere. Resurrectio dicta quod sit iterata quædam statio; perinde ut & Græcis ινάστασις est δευτέρα γε πεπλωθεσ σάστις secunda ejus quod cedit statio, παραγόντα quod re & sursu in compositione significat, ac 15 από με surgo: ut sic ινάστασις & iterum surgere, post mortis scilicet casum, & sursum surgere, ex sepulcro scilicet erectum. Hebreum Kimah & Tekumah erectio, resurrectio, formatur ex radice Kumi surrexit ad standum, stetit, 2. ὄμωνυμια. Resuscitatio accipitur 1. activè 2. passivè: quia in resuscitatione est is qui resuscitat, & qui resuscitatur. Resuscitatio sive resurrectio activè tribuitur Christo duplicitè: 1. Propriè respectu suæ glorificationis. 2. Metonymie, respectu nostræ vivificationis: IOH. 11. v. 25. 3. συνωνυμια. Resurrectio Christi vocatur etiam άνάστασις κυριακή resurreccio Dominicæ. Apostolus Röm. 14. v. 9, usurpat άνάγνωσιν revivificantem:

Petrus i Epist. 3 v. 18. ζωοποίησιν vivificationem. quæ tamen ab ἐγέγερται  
νομιμά από τοῦ περιστοῦ respectu distinguuntur.

III. Rei definitionem talem ponō. Resurrectio Christi est actus ad ipsius exaltationem pertinens, quō virtute DEI Patris sibi propriā & communicatā, corpus suum mortuum, vivificatum ac glorificatum ē se pulcro reduxit: ut hostium victorem & nostrum Salvatorem sese demonstraret, mobisq; spiritualem ac æternam resurrectionem impetraret.

IV. Specialia resurrectionis Christi habent tum confirmationem, tum explicationem. Confirmatio desumitur partim ex Scripturæ textibus, partim testibus. Scripturæ textus continent tum raticinia. 1. ex Mose. 2. ex Psalmis 3. ex Prophetis. it. promissiones Christi: ex Evangelistis: tum typos. quo cum omnium enumerazione, brevitatis studio, cūmq; ad suggestum magis quam ad nostram cathedram pertineant, supersedemus. Testes sunt vel cœlestes, vel terrestres. Cœlestes, duo Angeli, stolis albis & fulgurantibus induiti Luc. 24. v. 4 Joh. 20. v. 12. Non enim contradictionem infert, quod apud Matth. 28. v. 2 & Marc. 16. v. 5 unius tantum fiat mentio: duo apparuerunt, unus concionem ad mulieres promulgavit. De his notandum, quod sint. 1. veraces. 2. plures 3. non perfectores resurrectionis Dominicæ, sed manifestatores. 4. testes evidentes.

V Terrestres sunt Homines partim sancti, partim impij. Sancti vel cum Christo resuscitati, vel conversati. Resuscitati sunt illi Sancti Matth. 27. v. 52. 33. qui in apparitione suâ de resuscitato Christo testimonium exhibuerunt. 1. exacto 40 dierum decursu cum eodem cœlum adscenderunt. Cum Christo conversati sunt tum mulieres tum Apostoli. Mulieres, quæ ab Angelis resurrectionem Christi annunciatum missæ. 2. columnis Judæorum oppositæ. 3. de resurrectione dubiæ. 4. testes auritæ & oculatæ. His Christus diversis temporibus apparuit Apostoli. quorum consideretur. 1. divina electio. 2. difficilis persuasio 3. exacta exploratio. His eodem quoq; die tum Erwaunti tum in conclavi se videndum exhibuit.

VI. Impij testes sunt Milites, qui nondum corrupti pecunia veritatem minimè celarunt, sed rem omnem, ut sese habuit, liberiè publicarunt. Nec enim corrupti, veritatem opprimere poterant; siquidem illud Pharisaorum commentum multimodis sibi non constabat. Si enim ut ajunt, custodes dormierunt, unde scire potuerunt, discipulos venisse, & tale quid per-

pgo.



petrasse. Præterea num credibile, imbellis Apostoles tale quid moliri aus  
tos fuisse, qui ita fuere percussi, ut se abderent, ac ne pedem quidem ex  
tra conclave proferrent, sedentibus ad sepulcrum viris armatis?

VII. Fuit Confirmatio resurrectionis Dominicæ; sequitur Explicatio: quæ  
continet tum circumstantias tum utilitates. Circumstantia præcipuae sunt iū  
temporis tum modi. Temporis: quod proponitur vel generale vel speciale.  
Generale 1. Anni, nempe Veris, ut virtutem resurrectionis suæ præfigura  
ret, quod videlicet virtute ipsius, ossa nostra instar graminis aliquando sint  
progerminatura. Isa. 46. v. 14. 2. Diei, quod tertia die. Vbi notanda 1.  
distinctio diei naturalis & artificialis. 2. αὐγένδοχη partis pro toto, sumto  
fine primi, & initio tertij diei, pro diebus integris. Speciale, quod paulo  
ante Solis orum, vel cum ipso Sole, in primum hebdomadis diem lucecen  
te resurrexerit: uti suffragantur pleno spiritu & concordi testimonio. 4.  
Evangelistæ. Nempe ut ostenderet, se gloriosâ suâ resurrectione peccato  
rum tenebras fugasse, & æternam justiciæ lucem nobis reduxisse Malach.  
4. v. 2. Luc. 1. v. 97.

VIII. Circumstantia modi: de quo partim absolute, partim respectivè.  
Absolute, i. quod propriâ virtute resurrexerit. Quamvis enim modò DEO  
Patri Rom. 4. v. 24. 6. v. 4. 8. v. 11. modò simpliciter Deo. Act. 2. v. 24. 12.  
3. v. 15. 4. v. 10. 5. v. 30. 10. v. 40. 13. v. 30. 2. Cor. 13. v. 4. Eph. 1. v. 20.  
Coloss. 2. v. 12. Heb. 13. v. 20. modò ipsi Christo Joh. 2. v. 19. 5. v. 16. 10. v.  
18. Act. 1. v. 3. Rom. 8. v. 8. &c. adscribatur; tamen nulla est difficultas, si at  
tendatur, virtutem illam, quâ Christus à mortuis resuscitatus, bifariam  
considerari, vel ἀστικῶς & absolute: & sic communis est toti Trinitati,  
atq; rectè adsignatur DEO Patri; vel ὑποστατικῶς & relate: & sic propriâ  
virtute seipsum excitavit, & quidem secundum utramq; naturam: divi  
nam, communicatâ sibi à Patre per æternam generationem; humanam,  
per personalem unionem.

IX. 2. Quod novâ gloriâ ex ornatus resurrexerit: Eadem tamen car  
nem & animam quoad substantiam, non quoad qualitates, quæ mutantur, ha  
bens, uti liquet ex Ps. 16. v. 10. Act. 2. v. 27. 31. Lue. 24. v. 31. 39. Joh. 20. v.  
20. 27. Et id ipsum corpus fuit integrum ac perfectum, omnibus partibus,  
membris & requisitis essentialibus constans: idq; corporis & resurrectio  
nis veritas confirmat. Consistit autem gloria, seu qualitates illæ corporis

Christi glorificati in 4. potiss. quæ optimè deducuntur ex 1. Cor. 15. v. 42.  
43. 44. & sequ. videlicet. à  $\Phi$ agocia impassibilitate: quæ ex perfecta immo-  
ralitate & in corruptibilitate oritur; ad quam referre licet spiritualitatem. 2.  
2. dōξη claritate, Philip. 3. v. 21. 3. dυvāpēs agibilitate Luc. 24. v. 31. huc  
spectat ubiquitas 4. ποιόνη πνευματική subtilitate, cum invisibilitate, Luc.  
24. v. 31. Act. 7. v. 58. 9. v. 17. 1. Cor. 15. v. 8. & impalpabilitate. Quod  
autem cicatrices & stigmata clavorum in s. suo corpore habuit, factum id  
est, non ex naturæ necessitate, sed libera voluntate; non ex corporis disposi-  
tione, sed Domini dispensatione Damasc. l. 4. cap. 1. Scilicet, ut inquit Au-  
gust. retinuit cicatrices in corpore, ut sanaret vulnus dubitationis in corde.

X. Respectu de modo, quod videlicet Christus resurrexit clauso sepulcro,  
ante lapidis revolutionem, ut series historicæ descriptionis apud Matth. Ius-  
culeter restatur: Angelus quippe non ideo revolvit lapidem; ut Christus  
resurgere posset: per resurrectionem enim declaratus est Dei Filius Rom. 1. v.  
4. omnium creaturarum Dominus, cap' 14. v. 9: sed ut a motu lapide vacuum  
introspicere possent monumentum, deq; Christi resurrectione revera fa-  
ctæ certificantur mulieres. Vti hoc ipsum veneranda Antiquitatis testi-  
monio stabilitur.

XI. Utilitates Resurrectionis Domini sunt vel præstantiores; vel minus.  
Præstantiores sunt tū justificatio tū nostra resuscitatio, iustificatio: quia Chri-  
stus resurrectione suā veram nobis tribuit iusticiam eum ratione acquisitionis  
& meriti: quod nisi peccata nostra plenissimè expiasset, morsum captivū  
tenuisset. Vnde propter justificationem nostram excitatus dicitur Rom 4 v. 25.  
cum ratione applicationis & efficacie: quia si in morte mansisset, in opere re-  
demtionis succubuisse, & sic inanis foret fides nostra, & adhuc essemus in pec-  
catis. Cor. 15. v. 14. 37. Resuscitatio nostra, quod & nos sumus resurrecti: is  
enī qui excitat Christum ex mortuis, vivificabit & mortalia corpora nostra.  
Rom. 8. v. 11. Confer Job. 9. v. 11. Ose. 6. v. 2. Joh. 11. v. 24. 14 v. 19. Rom.  
5. v. 11. & Cor. 6. v. 14. 15 v. 12. 20. 21. 22. 2. Cor. 4. v. 14. 1. Thess. 4. v. 14.  
2 Tim. 2. v. 11. &c. Vnde Christi resurrectione vocatur Tertull. Exemplum  
spei nostræ, clavis sepulcrorum nostrorum. Theodoret in 1. Cor. 15. tom. 2.  
pag. 77.  $\pi$ as & obses nostræ resurrectionis: & in epitom. divin. dogm. fidei  
jussor communis resurrectionis: Anshelm. in 1. Cor. 15 pag. 79. causa effici-  
ens, forma & finis nostræ resurrectionis.

XII. Mi.

XII. Minus præstantiores utilitates sunt, quotquot in concessionibus Christi, Angelorum, & Apostolorum recensentur. Esa 61. v. I. Ezech. 37. v. 12. Zach. 9. v. II. Ps. 68. v. 19. Joh. 20. v. 17. Rom. 8. v. 17. Eph. 4. v. 8. Hebr. 2. v. 14. Apoc. 1. v. 18. 6. v. 8. 20. v. 14. &c. Vid. Thom. p. 3 q. 53. art. 1.

## QVÆSTIONES.

I. Cur resuscitatio Christi à mortuis, objectum fidei justificantis statuatur Rom. 4. v. 25. cap. 10. v. 9.

**F**it. 1. quia per hanc DEVS sibi plenè satisfactum testatur. 2. in eadem robur potentiae suæ exseruit Eph. 1. v. 20. Coloss. 2. v. 12. Rom. 4. v. 21. 3. summatorius Evangelij in hoc articulo continetur, & reliquos omnes hic complectitur. 1. Cor. 15. v. 1 & sequ.

II. Cur nec ante triduum, nec post Christus resurgere voluerit.

**N**on ante. 1. ut inter mortem & resurrectionem esset mora. 2. ut mors ejus crederetur esse vera. Athanas. lib. de Incarn. Verbi. Thom. p. 3. q. 53 art. 2. Non post 1. ut scripturam impleret. 2. dubitationi de verro suo corpore præveniret. 3. turbates discipulorum animos mœstidine relevaret.

III. An Christi manducatio & bibitio post resurrectionem, corporis ipsius glorificationem impediunt.

**M**inime. 1. quia hoc modo corporis sui veritatem in animis discipulorum confirmare voluit. 2. cibus hic non fuit egestatis, sed potestatis. 3. eo ipso momento, quo sumitus, glorificati corporis natura, quasi igne quodam absuntus.

IV. Cur Patri ut plurimum tribuatur Christi resuscitatio.

V. Cur Christus non omnibus apparuerit.

VI. Quare ex intervallo apparuerit.


VII. Num Christus in altera vita vulnera in corpore habiturus.

VIII. An Christi resurrectio sit causa resurrectionis impiorum.

IX. Quaratione ex Christi resurrectione nostra demonstretur.

F I N I S.





Ec 553




1

DA 502

WDR







# Fairbankarte

DISPUTATIO  
DE  
GLORIOSA  
SALVATORIS NOSTRI JESU  
CHRISTI RESURRECTIONE:  
Quam,  
*Divinâ favente gratiâ,*  
In illustri Hallensium Gymnasio,  
SUB PRÆSIDIO  
M. CHRISTIANI GUEINZII  
J. U. C. RECTORIS.  
*publicè proponit,*  
*& pro ingenij modulo de-*  
*fendet*  
GEORGIUS EBERHARDUS SCHREINERUS  
HALLENSIS SAXO.  
*Ad diem Solis post concionem Vespertinam.*  
*in Auditorio primo.*  
—  
HALLIS SAXONVM  
Exprimebat PETRUS FABER.  
M. DC. XXIX.